

# MOTVS PROPRIVS

S. D. N. PII PAPAE V.

In quo confirmantur constitutiones diuersorū Rom.  
Pont. super annatis communibus & alijs iu-  
ribus ob vniones beneficiorum soluen-  
dis: & nonnulla ad solutionem  
quindenniorum pertinētia  
declarantur:

& omnes & singulos teneri ad profitendum, & in-  
dicandum beneficia per eos possessa, & quo  
titulo, ac illorum veros annuos valo-  
res obtinuerint, decernitur.



Romæ, Apud Heredes Antonij Bladij, Impressores  
Camerales, M. D. LXXV.



MOTVS PROPRIVS

S. D. N. PII PAPAE V.

In quo continentur constitutiones dictionis Romae  
que super multis communibus & aliis in-  
tribus ob rationes benedictionum solen-  
dis: & nonnulla ad solutionem  
quindenniorum pertinentia  
declaramus:  
& omnes & singulos tenent ad proferendum, & in  
dicendum benedicta per eos polleat, & quo  
siculo, ac illorum veros annos vito-  
res obtineant, decernimus.



Romae, Apud Heredes Antonij Bladij, Impressores  
Cameralis, M. D. LXXV.



R. 99067



OTV Proprio &c. Apostoli-  
 ca sedis poscit auctoritas, vt  
 que provide per Rom. Pont.  
 statuta fuerunt, debite execu-  
 tionem demandentur. Cum au-  
 tem, sicut accepimus, vt anna-  
 tarum communium, & aliorum  
 iurium semel tantum, vel de  
 xv. in xv. annos ob perpetuas  
 beneficiorum ecclesiasticorum vniones persoluen-  
 dorum, que alias fe.re. Iulius iij. & Paulus iij. Rom.  
 Pontifices predecessores nostri per eorum literas in  
 forma motus proprii desuper editas ex preterito du-  
 taxat Camere apostolicæ applicauerunt, eo celerius  
 quo poterit exactio & executio fiat, plurimum intersit:  
 & necessariū existat vt tā Iulij iij. & Pauli iij. predeces-  
 sorum literas predictas, quā alias quascūq; cōstitutiōes,  
 statuta, decreta & declarationes per recor. me. Piū ij.  
 Paulū etiā ij. Innocentiū viij. Iulium similiter ij. ac Iu-  
 lium, & Paulum præfatos, aliosq; diuersos Rom. Pont.  
 prædecessores nostros cōtra pro tēpore in Camera a-  
 postolica aut aliās ratione annatarū cōmuniū & alio-  
 rum iurium prædictorum semel tātum aut de xv. in xv.  
 annos soluen. obligatos, aut alios quoscunq; beneficia  
 ecclesiastica, absq; eo quod annatas, cūmunia, & quin-  
 deniæ predicta soluissent, pro tēpore possidentes editas  
 & factas per nos innouētur, approbētur & confirman-  
 tur. Nos igitur tā singularū literarum, & cuiuslibet mo-  
 tus proprii à predictis Romanis Pont. prædecessoribus  
 nostris, vt præfertur, quā etiā forsan à nobis hætenus  
 emanati veriores tenores, ac si de verbo ad verbum hic

inferti essēt, pro plene & sufficiēter expressis & insertis  
haberi volentes, illas & illos, nec non omnia & quæcun-  
que per quoscūque iudices, executores & cōmissarios  
in illis deputatos, & ab eis subdelegatos, ac alios mini-  
stros in præmissis & circa ea quomodolibet gesta & exe-  
quuta reperiuntur, ac inde sequuta quæcūque ex certa  
scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine appro-  
bamus & confirmamus, ac rata & grata habemus, nec  
nō illis perpetuæ & irrefragabilis firmitatis robur adij-  
cimus, illaque incōcusse obseruari debere decernimus  
& declaramus, omnesque & singulos tā iuris quā facti,  
& solēnitatū forsā omissarū; & alios quoscunq; defe-  
ctus, si qui forsā interuenerint in eisdē, & qui necessa-  
rio exprimi deberent, motu, scientia, & potestatis pleni-  
tudine similib<sup>9</sup> supplem<sup>9</sup>, illasq; & illa, quaten<sup>9</sup> opus sit  
innouam<sup>9</sup>. Et insuper quoniam, sicut etiā nobis innotuit, a  
nōnullis nimis scrupulosis & plulquā oporteat sapere  
contendentibus hesitatur, An monasteria quorum fru-  
ctus &c. in libris Cameræ apostolicæ taxati reperiuntur,  
nec nō Prioratus quorumuis ordinum regularia & re-  
gulares, ceteraq; beneficia ecclesiastica quocunq; ti-  
tulo nuncupata, quorum fructus redditus & prouētus  
in distributiones quotidianas conuertuntur, sub literis  
Pauli ij. & aliorū prædecessorum huiusmodi cōprehē-  
dantur. Nos considerantes quod annatarum cōmuniū  
& aliorum iuriū prædictorū exactio in recognitionem  
vniuersalis Dominiij introducta est antiquissima, quin-  
denniorūq; vsus & solutio ideo adiuuenti sunt, ne Ca-  
mera prædicta ex monasteriorū, prioratuū & aliorum  
beneficiorum ecclesiasticorum vnionib<sup>9</sup> quæ amplius  
vacare nō sperabatur, detrimentū aliquod pateretur.  
Volentes Cameræ nostræ apostolicæ, ac venerabiliū fra-  
trum nostrorum Sæctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliū,  
necnon

necnon filiorum Romanæ Curia officialiū participantium iura præseruare, illorūq; indēnitati cōsulere, ad omne dubium, omnēq; disputādi & excipiendi occasionem tollendum, Motu simili &c. omnia & singula monasteria tam secularia quā quorumuis ordinū regularia, dummodo in libris eiusdē Camere taxata reperiātur, reliqua vero monasteria, prioratus, præposituras præpositatus tā seculares quā quorumuis ordinū regulares, nec nō dignitates, personatus, administrationes, officia, & alia quæcūq; beneficia ecclesiastica etiā si manualia & de iure patronatus existāt, quorū fructus &c. iūsmā xxiiij. ducatorū auri de Cam. se. co. æst. val. annuū excedūt, a quocūq; tēpore citra etiā ante fel. re. Martinum Papā V. similiter prædecessorē nostrū, & per nos & successores nostros quibuscūque cathedralibus etiā Metropolitanis, seu Collegiatis ecclesijs, aut capitularibus mēsis, etiā pro quotidianis distributionib⁹, aut alijs vsibus, nec non collegijs, vniuersitatibus, congregationibus quorumuis ordinū monasterijs, domibus, hospitalibus, fabricis, ac vtriusq; sexus personarum pijs locis quantumuis priuilegiatis, & exemptis sub quibuscūq; tenoribus & formis apostolica auctoritate vnita, seu alias quomodolibet & quouis titulo obtēta, & possessa, sub literis Pauli II. & aliorū prædecessorum huiusmodi cōprehēdi & includi. Et propterea omnia & singula cathedralium etiā Metropolitanarum, ecclesiarumq; collegiatarū capitula, congregationes, vniuersitates, collegia, hospitalia, & pia loca, & quouis alij in quorum fauorem vniones, annexiones, incorporaciones, applicationes & submissiones huiusmodi factæ reperiuntur, quā tūcūq; vt præfertur, exēptæ & priuilegiatæ existāt, etiā si se superinde in Cam. apostolica nō obligauerint, dummodo monasteria & beneficia ipsa possideāt ad solutio  
nem

·nem cōmunium annatarū & aliorum iurium prædicto-  
·rum eidem Camera pro tēpore præterito (saluis colle-  
·gij & officialiū iuribus quoad futura remanentibus) ra-  
·tionē vnionū, annexionū, incorporationū, applicationū,  
· & submissionum prædictorum singulis xv. annis à die  
· qua illæ suū sortitæ fuerunt effectū, & alias iuxta teno-  
·rem literarum in forma motus proprii à Iulio iij. præde-  
·cessore prædicto super applicatione quindenniorū præ-  
·dictorum eidem Camera facta de super emanatarū fa-  
·ciēdam teneri, & obligatos esse, & ad id per sentētias cē-  
·luras & pœnas in singulis Pauli ij, & aliorū prædecesso-  
·rum huiusmodi literis contentas cogi & cōpelli posse,  
· sicq; & nō aliter ī præmissis omnibus & singulis p̄ quos-  
·cūq; Iudices & Cōmissarios quauis apostolica auctori-  
·tate fungē. etiā palatij nostri apostolici causarum Audi-  
·tores, necnon S. R. E. Cardinales, ac venerabilē fratrem  
· nostrum Hieronymum Episcopū Maceraten. præfatæ  
· Camera clericum, cui omnes & singulas causas occasio-  
·ne præmissorum pēdentes cōmisimus, in quauis instā-  
·tia, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicādi faculta-  
·te, iudicari & diffiniri debere, irritūq; & c. decernim⁹, &  
· declaramus. Mandantes eidē Hieronymo episcopo vt  
· omnes & singulas causas corā eo interdil. filiū eiusdem  
· Camera Collectore ex vna, & quascūq; Congregatio-  
·nes, Capitula, Collegia, & quauis alias personas ex alte-  
·ra partibus super solutione annatarum cōmunium &  
· aliorum iurium quindēniorum eorūde, vel eorum occa-  
·sione nunc, & pro tempore pendentes iuxta præsentium  
· tenorem terminet & decidat. Et pro faciliiori indagatio-  
·ne vnionum prædictarum omnia & singula Cathedra-  
·lium etiā Metropolitanarum & Collegiatarum eccle-  
·siarum Capitula, & Collegia, necnon tam viroū quam  
· mulierum seculares, & quorūuis ordinū regulares con-  
gre-

gregationes seu collegia & pia loca, eorūdemq; platos  
& procuratores ad indicandū & profitēdum medio iu-  
ramēto omnia & singula monasteria, prioratus, preposi-  
turas, præpositatus, parochiales ecclesias & alia quæcū-  
que beneficia ecclesiastica, quæ ipsa Capitula, Cōgre-  
gationes & alia pia loca prædicta possideāt, & quo titu-  
lo illa possideāt, illorūque annuos valores, sub priuatio-  
nis, & alijs in literis in forma motus proprii Pauli iiii.  
prædecessoris huiusmodi contentis sententijs, censu-  
ris & pœnis, in Romana Cūria & extra eam moneat &  
requirat. Non obstantibus constitutionibus & ordi-  
nationibus apostolicis, nec non priuilegijs, exemptio-  
nibus, indultis, & literis apostolicis congregationibus  
capitulis & alijs pijs locis prædictis sub quibuscunque  
tenoribus & formis, ac cum quibusuis derogatoriarū  
derogationis, alijsque efficacioribus & insolitis clausu-  
lis, nec non irritantibus & alijs decretis etiam motu &  
scientia similibus; ac de apostolicæ potestatis plenu-  
dine, aut alias quomodolibet concessis, ac iteratis vici-  
bus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si  
pro illorum sufficienti derogatione; de illis eorumque  
totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua,  
ac de verbo ad verbum non autem per clausulas gene-  
rales idem importantes mentio seu quæuis alia expres-  
sio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, te-  
nores &c. pro expressis habentes hac vice dūtaxat spe-  
cialiter & expresse derogamus, nec non omnibus illis  
quæ prædecessores prædicti in singulis eorum literis  
voluerunt non obstare cæterisque contrarijs quibus-  
cunque. Volentes præsentis motus proprii solam signa-  
turam sufficere, & vbi que in iudicio & extra regula cō-  
traria non obstante, fidem facere. Et nihilominus illius  
transumpto manu publicisumpto manu publici nota-  
rij

**ri] Camere apostolicæ subscripto vbique locorum tam  
in iudicio quam extra fidem adhiberi, ac si præsentem  
exhibita forent & ostensa.**

***Placet Motu proprio M.***



*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a continuation of the legal or ecclesiastical document.]*

*[Small handwritten mark or signature at the bottom left of the page.]*